

De Rectoribus Gymnasii Gorliensis.

VIRVM
PRÆCELENTISSIMVM, NOBILISSIMVM, AMPLISSIMVM
ERVDITISSIMVMQVE,
DOMINVM
M.
FRIDERICVM
CHRISTIANVM
BAVMEISTERVM,
RECTOREM GYMNASII GORLICENSIS CELEBERRIMI
HOC ANNO CIO CC XXXVI.
SVMMIS NVMINIS NVTV
ET
LEGITIMA AMPLISSIMI SENATVS
VOCATIONE
CONSTITUTVM
EPISTOLA
QVA
MVNVS NOVM GRAVISSIMVM IPSI GRATVLATVR
ET EIDEM SIMVL
QVÆVIS SALVATORI AD PRECATVR
M. ANDREAS WILHELMVS LANGIVS,
S. THEOL. BACCAL. PAST. PRIM. BDISS
ibidemque ECCLESIAST. EVANGEL. ET GYMNASII INSPECTOR.





Vm, quod ipse, VIR PRÆCELENTISSIMÈ, FAVTOR ÆSTVMATISSIME, fateris, provida providi summiq[ue] Numinis clementia ad munus gravissimum scholasticum, Rectoratum videlicet includuti Gymnasii Gorlicensis hoc anno vocatus fueris, TIBI yr amicitiae legum jam antea de hac sparta gratulari debuisse; Enim vero cum variis, qvod facile conjecturare licet, negotiis haud levis momenti haec tenus impeditus fuerim, & exaratis ad TE quibusdam prius privatis literis, TVAS, me de statu TVO exoptatissimo certiore redituras, anxie exspectarim, acceptis illis, officium meum, quo me TIBI præ multis aliis obstrictum sentio, sero licet, tamen serio & sincere paucis hisce publice tueri volui. Legi, perlegi & relegi, VIR PRÆCELENTISSIME, scripta illa eruditissima, qvæ sub auspicio muneris, TIBI mandati, publici fecisti juris, mecumque non sine summa animi mei oblectatione communicasti. TE rite & præter omnem plane expectationem de cathedra Academica Gorlicum vocatum, & Rectorem Gymnasii ibidem legitimate designatum esse, ex iisdem probe intellexi. Et qvi sane aliter? Summo omnium applausu in Academia Vitembergenſi, cuius fama per totum dum abii orbem, & eundem semper circumvolabit, docuisti, & ore dissertissimo innumerous attraxisti, imo omnium fere mentes inclinasti adeo, ut ab eodem pendere, & solidissima institutione frui, summa felicitatis duxerint loco. Ipse TE docentem & disputantem, cum ante biennium, & qvod excurrit, filium meum cura TVÆ eo tempore æque commissum, & studiorum causa Vitemberga commorantem inviserem, ad stuporū audivi, & in TE solo, qvod innumeris aliis denegatum est, inveni. Sive igitur in docendo dexteritatem & perspicuitatem, sive alacritatem & promptitudinem, sive in proponendo suavissimum ordinem, sive in rebus tractandis summam soliditatem, sive in disputando exactissimam, prudentiam maximam, & modum adversarios vincendi & convincendi prorsus singularem, & qvæ præterea tantum negotium concernunt, disputationibus saepius quoque exercitatissimis haud satis cognita considerem, me, qvem parem in Academia habueris, vix qvidem

dem reperiisse, citra insinuationis cuiusdam illicitæ suspicionem
affero & affevero. Qui igitur TE latere potuisse possibile
fuerit? Et quid mirum, famam de TE & singularibus animi
TVI dotibus, cum per totam regionem percrebuerit, ad Gor-
licenses quoque pervenisse? Motus eadem haud sicut immel-
rito Magnificus Excellentissimusque florentissi-
mæ rei publicæ Gorlicensis Senatus, amore justi-
tiae, coelestis veritatis, & vera pietatis percelebris, ut TE,
VIR VM non fortuito inventum, aut modo injusto denomina-
tum, sed ab ipso DEO constitutum & designatum, communi-
bus suffragiis, cuius rei eum nunquam peccauerit, Gymnasio
præficeret, & sic in statu florentissimo illud conservaret. Quæ
& quanta Gymnasium inter & scholam differentia intercedat,
dicant alii, & dudum jam dixeré, quo refero post multos alios
DN. HANKIVM, qui illud olim jam discrimen fatis excusit.
In hac chartæ angustia de eadem nil attinet dicere. Interim
pauca, quantum quidem epistola ratio permisit, de Dnn.
Rectoribus Gymnasii Gorlicensis commemorabo.
A condito illo sequentes probe notandi sunt, scilicet DN.
M. Petrus Vincentius, Wratislaviensis, qui primum in
Academia Gryphiswaldensi Professor, Rector
deinde Lubecæ, porro Professor Wittenbergæ, Anno
1565. Gymnasio ille Gorlicensi Celeberrimo est
præfectus, quinquennio post in patriam, ut ibi Elisabe-
thani Rector esset, & scholarum inspecto[r] vocatus
Anno 1581. Vir, qui in intimorem MELANCHTHO-
NIS amicitiam admittebat, nec Principibus ingratus, cu-
jus epitaphium Gorlicii extat, quodque DN. CHRI-
STIAN GABRIEL FVNCCIUS commemo-
rat in descriptione Aedis Petro Paulinae Gorli-
censis, p. 50. DN. M. JOACHIMVS MEISTERVS
Gorlicensis, postea observandus est, qui cum officio Re-
ctoris Göttingenfis functus fuisset, Rector in patria
Anno 1570. & post annos quidecim Rector Bremæ Anno 1587.
constitutus est, vir, quem insinu JOH. MAJOR sovebat, qui
que præter dicta munera Rectoris partes passim sustinebat.



Seqvitur DN. M. LAURENTIUS LVDOVICVS, Leober-
gensis, Vir singulari eruditione prædibus, qvi, vocato DN. MEI-
STERO Bremam, Rector Gorlicensis designatus est.
TROCEDORFIVM, cuius laudes, PRÆCELLENTISSI-
ME VIR, in curriculo viræ DN. GROSSERI, Antecell-
foris Tui, eruditissime consignato, pluribus de predictis, in
adolescentia, in juventute MELANCHTHONEM Preceptor-
es, ut ipse saepe gloriatus est, audivit. Ut DN. M. MARTI-
NUM MYLIVM, Gorlicensem, rude tandem donatum, imo
prius defuncto, DN. LAURENTIO LVDOVICO desidera-
tum, DN. M. HVLDERICVM SCHOBERVVM sicco nunc
præterea pede, DN. CASPAR DORNAVIVS, Ziegen-
rucka Variscus, Medicinæ Doctor, Rector Gorli-
censis Gymnasii, post Beuthenensis in Silesia, tandem Li-
gio-Bregensis Consiliarius & Archiater constitutus est.
Orationem Gorlicii habuit de severitate ac lenitate
in Rep. & schola. Varia erudita emulsi scripta, qvæ inter
imprimis Amphitheatrum sapientiæ socraticæ no-
tandum venit. De DN. M. ELIA CVCHLERO, Gorlicensi
Gymnasii patrii per annos XVII. Rectore, & DN. M. MAR-
TINO MOLLERO, cum, qvæ præcipue dicam, non habe-
am, DN. DAVID VECHNERVM breviter attingo. Va-
rias hic Vir calamitates perpessus est, & per lustrum in tristissi-
mo exilio vixit, sed, a DEO minime relictus, Rectoratum
Gorlicensis Gymnasii consecutus non solum est, sed ab
infimo Ministerii ibidem usque ad supremum ejusdem gradum,
a Diaconatu scilicet per Archi-Diaconatum ad Primariatum
felicissimos quoque progressus fecit. Qvæ de eodem passim
præterea commemorantur, notatu quidem digna essent, nisi
qvare ad huc plurima in dubium vocare debeam, diversa in
promptu essent causa. Quapropter, misso illo, ad Virum Cla-
risimum, DN. M. CHRISTIANVM FVNCCIVM ve-
nio. Sive eiusdem nativitatem, sive vitam aut mortem spe-
mus, ubique imis medullis infigenda reperiemus. Collega
tertius in Gymnasio Freybergensi, & Con-Rector fuit,
post Con-Rector, s. qvod alii malunt, Rector Alten-
burgensis, tandem Rector Gorlicensis, Vir solide
do-

doctus, magnæ industrie, rara patientie, haud infuscata pietatis,
Doctor adamantinus, verus Christianus, religio-
nis, probitatis & sanctimonie vita amantissimus, colens Deum,
serviens proximo, & meditans semper mortem. Enim vero
cum ordo me ad Magnum illum, vere Magnum, *vñp
en ayios*, DN. M. SAMVEL GROSSERVM deducat, ma-
re se se donorum immensum hic offert, nunquam exhauien-
dum. PHIL. MELANCHTHON olim Vitembergæ
Dnn. Collegarum suorum dona expendens, dicebat:
D. POMERANVS Grammaticus est, verba textus bene
explicans, ego sum Dialecticus, & textus ordinem, con-
textum, & singula membra probe considero, D. JONAS
Orator est, res pulchris verbis proponens, & mellitissimo le-
pore corda flectens. At D. LVATHERVS est omnia, cui
nemo nostrum conferri potest. Sane varios haec-
tus eruditos Gymnasi Gorlicensis Rectores, quorum
quilibet peculiaribus donis instrutus fuit, vidimus, adeo, ut
mox de hoc, quod lingvarum peritissimus, de alio, quod in Phi-
losophia versatissimus, & sic porro, fuerit dicere queamus. Si
vero dicam: Magnus ille GROSSERVS omnia fuit, cui
nullus ferme conferri potest, mecum idem omnes ad
iugum sensuros esse, certo credo. Interim illitus laudibus,
cum nec earum minimam partem calamus meus tenuis attinge-
re valeat, TV vero, FAVTOR SVSPICIENDE, in jam com-
memorato vita curriculo, quod verbis tanto Viro dignis po-
litissime delineasti, illud in cuiuslibet oblationem maximam
præstiteris, super sedere possum. Paucis multa dixisti, PRÆ-
CELLENTISSIME VIR, in curriculo illo, Divum Gro-
serum & dubiam fecisse, & prorsus præripuisse
palmam Trocendorfio - - ipsum ingenio,
scientia, regundaque disciplinæ scholasticæ pe-
ritia, nec Trocendorfio, nec ulli unquam alii con-
cessisse. Pauca, inquam, sed veram DIVI GROSSERI
imaginem nitidissime representantia. VIR sane, ut unicum
verbulum addam, cuius merita quilibet constanti mente
tene-

tenebit, & sera posteritas memori pectori signata habebit. VIR,
qvem ego semper adeo, ut etiam librum de introduc-
tione in veram eruditionem ejusque primam
partem primo intuitu humillimo qvodam osculo olim exce-
perim, miratus sum & veneratus. VIR, cuius memoriam
nulla unquam oblitterabit oblivio. Mortuo LVTHERO, ME-
LANCHTHON in parentatione habita his quoqve verbis
usus est: Nulla ferent talem secla futura virum.
In illam cogitationem, Magni GR OSSERI dona, me-
rita, & officia mecum reputans, talem VIRVM vix inveni-
niri adhuc posse, saepius incidi. Enim vero simul ac fama illa
gratissima, TE, MAGNE BAVMEISTERE, magni illius
Successorem designatum esse, ad aures meas perve-
nit, VIRVM ejusmodi usque huc supereesse, pari dexteritate
& industria muneri præfuturum, intellexi. Grates haud imme-
rito DEO supremo & sapientissimo omnium Di-
rectori & Moderatori, qui Gymnasio florentis-
simo Gorlicensi denuo Doctorem pientissimum,
in qvovis scientiarum genere eruditissimum, sa-
pientissimum, diligentissimum & Directorem
vigilantissimum dedit, immortales persolvo. TIBI vero,
ÆSTVMA TISSIME FAVTOR, de sparta hac ea, qva de-
cet, animi integritate & candore gratulor. Non parum ex hac
vocatione gaudii ac solatii, cum nunc & Celeberrimum
Gymnali cujusdam Lusatiae nostræ superioris Do-
ctorem amicissimum mihi, & sine omni fuso mei
amantisssimum vicinum sciam, in me redundare credas.
Faxit vero DEVS ter optimus maximus, ut Gorlicii
eadem, qvam B. Dn. Antecessor sensit, benedictione divi-
na, imo eadem, qvam Vitembergæ expertus es, hic
fruaris felicitate! Sed cum Vitembergæ injecerim mentionem,
Leucoream aliam hanc de abitu Tuo, cum paulo
ante discedens Clarissimus HOLMANNVS, Doctor
Philosophus nunc Göttingensis Celeberrimus,
eam lacrymantem post se reliquerit, lugentem, Gorlicium
vero

vero TVVM de TVO adventu totum summo gaudio perfusum video. Qapropter seris sumnum Numen fatigo precibus, ut lacrymantem & pullatam Academiam, tanto Doctore & Duce orbatam, clementissime respicere, lacrymas abstergere, & ejus curam porro gerere velit! Gorlicium vero, tanto Directore fortunatum, in florentissimo illo statu DEus benignissimus semper conseruet, ut tantum Virum atque Doctorem, Gymnasio semel datum atque donatum, nunquam, ad altiora forte Academicam munera, ut ego auguror, evocatum, in summum detrimentum amittat, aut isto, non Gorlicii tantum, sed totius quoque Lusatiae superioris ornamento, alio modo privetur! B.Dn. Tuus Antecessor, ERVDITISSIME VIR, quod ejusmodi Viris, tot tantisque laboribus oneratis, alias rarissimum est, multos numeravit annos, & ad venerandam pervenit senectutem. Et TIBI eosdem annos DEVSClementissimus concedat, ut diu MAGISTER sapientissimus Gymnasium ædificare, eidemque ex voto prodesse queas! Vtar, si pace TVA fieri possit, verbis TVIS, votis & precibus, pro salute DN. GROSSERI, tum ad huc superstitis, fuis: Servet Te DEus fidelissimum Doctorem in posterum sospitem, Teque sufficientibus & animi & corporis viribus instruat, ut diu, & videre, & amare, & colere Te Tuis liceat, quem nunquam, nisi summa cum animi voluptate, videbunt, quemque nec amare, nec observare satis poterunt. Alumnos disciplinæ Grosserianæ, quales optare poteras, invenis, doctrinæ salutaris, pietatis, morum & obsequij studiosissimos, juvenes optime moratos, ab omni barbarie alienissimos, in quibus, quid indefessus Doctoris pientissimi labor, quid manus ejusdem fideliter ducens, quid disciplina, imo quid ipsius Ducis exemplum valeat, satis conspicere licet. Illi, quot capillos in capite numerant, tot suspiria & vota seria pro salute, incolumitate & statu TVO semper felicissimo ad DEVUM mecum



Y6. 1317 JK

x 3456196

1818

cum haud dubie sunt missuri Legi, Camentii olim, introduc-
tis ibi tribus Praeceptoribus Confulem qvendam discipulos istius
scholæ ita fuisse allocutum: Præfecimus vobis Praeceptores, pios,
doctos, fideles & prudenter. Volumus igitur, ut ad illorum
nutum & voluntatem vitam vestram dirigatis, eorumque præ-
cepta & monita promptissime admittatis. Vox enim Praecepto-
ris vox Dei est. Vos estis Dei T. Q. M. beneficio salvi & in-
columes servati. Vos estis illi surculi, palmites, propagines,
vivæ radices, qvibus vinetum nostrum scholasticum, truculentia
mortis hæc tenus disturbatum protritumve, nunc refici posse
speramus. Maestri virtute & ingenio juvenes, altas radices agite,
crescite indies austibus majoribus, exoptatos fructus denique
ferte, expectationi Magistratus, parentum & piorum omnium
respondentes. De eo vero, qvod Scholæ Camentianæ discipu-
lis serio mandatum atque injunctum est, **Cives Gymnasii**
Vestri Ornatisimi ita monendi non sunt, Duce GROS-
SERO probitatem & bonos mores, qvorum fructus exoptatis-
simi ubique prostant, haec tenus fecuti. Inde spero, fore, ut in
posterum qvoque totam vitam & omnes actiones ad nutum
TVVM & voluntatem directuri, TVAque præcepta & mo-
nita promptissime admissuri sint. **VOX** enim **TVA** etiam
Dei **VOX** est. Consequenter, ut **TIBI**, **AMPLISSIME VIR**,
vitam longævam, & cum ea qvævis salutaria largiatur, **DEVM**
supplices venerari nūquā sunt destituti. **Salus enim TVA**
salus Gymnasii, salus Gorlicii, salus totius Lusatiae
superioris, salus est tot hominum, qvi, qvalem
thesaurum in TE possideant, norunt. Qvod ad me attinet,
vota mea repeto, & iisdem hanc epistolam obsignatam volo,
TIBI, FAVTOR VENERANDE, inconcussas semper ani-
mi corporisque vires ad publicam rei literaria utilitatem juvan-
dam, & rem **TVAM** gravissimam fortiter feliciterque peragen-
dam, animitus adprecatus. Vale! scribebam Budissæ in-
ter varios labores sacros d. 13. Jul. 1736.

961

De Rectoribus Gymnasii Gorlicensis.

VIRVM
PRÆCELLENTISSIMVM, NOBILISSIMVM, AMPLISSIMVM
ERUDITISSIMVMQVE,
DOMINVM

M. FRIDERICVM
ISTIANVM

MEISTERVM,
MNASII GORLICENSIS CELEBERRIMI

HOC ANNO CIC CC XXXVI.

MIS NVMINIS NVTV

ET
A AMPLISSIMI SENATVS
VOCATIONE

CONSTITUTVM

EPYSTOLA,

QVA

VM GRAVISSIMVM IPSI GRATVLATVR
ET EIDEM SIMVL

VÆVIS SAELTARIA AD PRECATVR

EAS WILHELMVS LANGIVS,

HEOL BACCAL PAST PRIM BVDISS.

LESIAR EVANGEL ET GYMNASI INSPECTOR.

